



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

23. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

392 PRIMA APPENDIX
fertur, nec nomen sententiæ habere meretur.
Quapropter, fratres & filij, oportet vos se-
cundùm ecclesiasticam auctoritatem reclama-
tionem vestram libelli serie allegare, etimique
manibus vestris roboratum synodo sacræ por-
rigere, ut convenienter & canonicè vobis va-
leat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum
conscriptentes, eisque sua nomina suscriptentes,
porrexerunt Hincmaro Episcopo, qui tunc
unā cum Vvenilone Sennensi Archiepisco-
po, & cum Amalrico Turonensi æquè Ar-
chiepiscopo, sub præsentia gloriosi Regis Ka-
roli synodo præsidebat.

De eadem re.

Interpret. 1.9:
Cod. Theod.
De accusat. &
in script. **X X III.** Tam civile negotium quam cri-
minale, accusationem professio manu accusa-
toris conscripta præcedat.

De eadem re.

Interpret. 1.9.
Cod. Theod.
eod. tit. **X X IV.** Quicunque alium de aliqua crimi-
nis capitalis objectione pulsaverit, non pridea
à judicibus audiatur quam se similem pœnam,
quam reo intendit, subscripterit subiturum.

Item unde suprà.

Interpret. 1.15.
Cod. Theod.
eod. tit. **X X V.** In criminalibus causis vel objec-
tibus per mandatum nullus accuset; sed ipse
qui crimen intendit, per se accuset, inscrip-
tione præmissa. Judices autem puniendi sunt,
damnandumque officium, si aliquem, nisi
præmissa inscriptione, subdendum crediderint
questioni.